



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

[Prima pars]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

ex recollectione fragmentorum magis apparere certitudo miraculi  
 Ne pereant: non enim sunt abicienda que supfluent mensis. h  
 pauperibus eroganda: collegerunt ergo et impleuerunt. 12. cophi  
 nos fragmentorum: Est autem cophinus vas factum de pincis aut fo  
 lio palmaz contextis quo agunt seruilia opa: ex quibus panibus  
 et duobus piscibus que supfuerunt his qui manducauerat: vnde  
 secundum Theophrastum addiscamus non esse tenaces in dandis elemosinis.  
 quia deus habundantius tribuit. Quarto tangit laus subsequuta di  
 uini beneficii. Sed sciendum quod nihil dignum deo retribuere possu  
 mus pro beneficiis acceptis. Primo quidem quia omnia nostra ipsius  
 sunt. Paral. 19. Tua domine sunt omnia et que de manu tua accepi  
 mus dedimus tibi. Secundo quia ut dicit psalmus. bonorum meorum non in  
 diges. Tertio quia excedunt beneficia eius nostram facultatem. psalmus.  
 Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. sed tamen vult  
 deus a creatura laudari in quo non ipse sed creatura proficit. Vnde  
 tangit quales deo reddiderunt gratias homines resedi: Illi ergo homines  
 cum vidissent quod fecerat signum: vnde ipsius declarabat omnipotentia  
 dicebant laudando et glorificando: quia hic est vere propheta: christus  
 secundum Augustinum dicit propheta. quia dominus prophetarum est. Dicit autem dominus  
 prophetarum propter quatuor. Primo quidem quia omnes prophete acce  
 perunt de spiritu eius ut prouiderent futura. ipse vero in seipso omnia  
 habet cognitionem. Secundo quia illi aliquorum habuerunt cogniti  
 onem christus vero omnium. Ioh. 16. nunc scimus quia omnia scis. Ter  
 tio quia cognitio eius est eterna. prophete vero cognouerunt in tempore  
 Quarto quia omnia prophetia terminat ad christum Act. 10. huic omnes  
 prophete testimonium perhibent: qui venturus est in mundum: ad redem  
 ptionem humani generis. et ut nos ad celestia regna producat. Act.

### **Domnica in passione christi. Sermo xxxiii**

Incipit ihesus turbis iudeorum et principibus sacerdotum  
 Quis ex vobis arguet me de peccato etc. Jo. 8. Sexta  
 feria precedenti audientes de resurrectione Lazari  
 iudei colligerunt consilium aduersus ipsum ut eum occi  
 derent. Ideo hodie incipit ecclesia agere de passione christi. Patitur  
 autem aliquis dupliciter. scilicet verbis contumeliosis. et damno operis  
 quibus duobus modis passus est christus a iudeis. vnde ecclesia primo  
 agit de passione contumelie et obprobriorum usque ad dominicam pal  
 maz. exinde vero agit de passione plagarum et verberum. In hoc  
 igitur euangelio manifestatur quod mansuete christus iudeos fuerit  
 allocutus. et quod furibunde illi e contrario obprobria intulerint.  
 commendabat christus suam doctrinam. et illi e contra eam viciabant



## Sermo

Tria igitur in euangelio tangunt. premititur enim doctoris  
sufficiencia maculata obprobrijs. Secdo addit doctrine efficacia  
reprobata mendacis ibi. Amen amen dico vobis si quis hmo-  
nem etc. Tercio postponit iudeoz infania aggrauata malicys.  
ibi. Tulerunt ergo lapides etc. **R** Volens igit dominus  
mitigare iudeos a desiderio sue mortis. et veritatem diuinam illis  
ostendere. In pa parte qtuoe facit. Primo em declarat sua suffi-  
cientiam demonstrans q nihil est in se. ppter qd occidi debebat  
et sua doctrina contemni: Dicebat ihus turbis iudeoz: tanq  
minoribus et principibz sacerdotum: tanq maioribus. ipse em  
sem erudit intellectum paruoz et maioz. Nota q iudei tur-  
barum noie appellant ppter duo. erant enim turbidi qsi obscu-  
rati intellectu. vt verba xpi loquentis non intelligerent. Jo. 8.  
loquelam mea non cognouistis qz non potistis audire pmonem  
meum. quibz xpus loquebatur vt obscuritate tolleret. qz ipse  
est candor lucis eterne. speculu sine macula diuine scz maiestatis.  
Secdo dicunt iudei turbe quasi turbati. quia inflammati erant  
atra xpm ira et indignatione. ps. turbati sut et moti sunt sicut  
ebrius quibz tm loquebat xpus. vt furore mentis eoz sedaret.  
Deinde suaz tangit sufficientiam duplicem que debet esse i doctore  
debet em doctoe ordinatus esse in voluntate ut veritatez diligat.  
debet esse illuminatus in intellectu vt veritate intellectu doceat.  
Argumentat igit xpus hoc modo illius dz suscipi doctrina qui  
hanc duplicem habet sufficientiam. sed dicit q xps ordinatum hz  
affectu quia est sine omni pcto. illuminatu etia hz intellectu qz  
non docet aliud q veritatem. g ipsius doctrina suscipienda est.  
**B** Tangit igit primam sufficientiaz ostendens innocentiam vite  
Quis ex vobis arguet me de pcto qsi diceret si eez peccator no  
esset miru si me nolletis audire. Sed vt dicit Job. 34. Absit a  
deo impietas et ab oipotentem iniquitas. Considera saluatozis san-  
ctitatem. qz de nullo pcto nec originali nec veniali nec mortali  
pot eum aliqs arguere. ipse em est sanctus scroz qui per natio-  
nes in aias sanctas se transfert. amicos dei et pphetas constituit  
Considera etia ipsius humilitatem. qz ipse ponit se in discussione  
suo. Job 31. n atempsi subire iudiciu cu seruis meis cu discipu-  
larent aduersum me. nec expectat iudiciu qruicuz seruoz. sed  
maloz et infidelu. nec qruicuz maloz. h etia ab inimicis ex-  
pectat iudicari. Deut. 33. inimici nri sunt iudices. Vnde Criso-  
stoma inqt fiducia iusticie est vbi causa etia aduersario amit-  
tit. alid erem? etia vt dicit Dri. qz nullus nrm tantam demonstra-  
re potuit innocentiaz vt dicat qs arguet me de pcto. Si enim



dixerimus quoniam peccatum non habemus nos ipsos seducimus et  
 mentimur. Niere. z. arguet te malicia tua. et auersio tua incre-  
 pabit te. Deinde secundam tangit doctoris sufficientiam: Si veritatem  
 dico vobis: Joh. 18. Ego inquit in hoc natus sum. et ad hoc veni  
 in mundum ut testimonium perhibeam veritati: quare non creditis  
 mihi: non habenti vite defectum nec veritatis. ps. Non crediderunt  
 verbo eius. et murmurauerunt in tabernaculis suis non ex-  
 audierunt vocem domini. C. Secundo quod iudei non poterant  
 rationabiliter christo respondere. ideo ipse huius causam assignat quare  
 ipsius verba non audiant. d. : Qui ex deo est dei verba audit:  
 ista propositio dat intelligere suum dominum. scilicet qui non est ex deo ver-  
 ba dei non audit: propterea igitur vos non auditis. quod ex deo non  
 estis: Audiebant quidam dei verba auditu corporis. sed non aure  
 cordis. ps. Non audivit populus meus vocem meam et israel non in-  
 tendit mihi. Sciendum ut dicit Augustinus. Quod omnis creatura quantum ad  
 naturam est ex deo. quod omnia per ipsum facta sunt. sed quidam alius  
 modus essendi a deo reperitur scilicet esse gratuiti de quo habet. Jo-  
 . non ex sanguine nec ex voluntate carnis nec ex voluntate  
 viri huius ex deo nati sunt. quo modo non omnes sunt a deo. imo qui-  
 dam sunt a diabolo illi videlicet qui per peccatum mortale auersi sunt a deo  
 Argumentum est igitur quod aliquis sit a deo per gratiam et amorem quoniam  
 audit verba dei quod libenter audimus verba illius quem diligimus  
 Et ille non est a deo qui ipsius verba non audit. D. Nota  
 secundum Gregorium. quod aliqui sunt qui verba dei nec aure corporis dignantur  
 audire huius magis delectantur in fabulis et vanis sermonibus. z. Thi-  
 mo. 4. a veritate quidem auditu auerterent. ad fabulas autem ducerentur.  
 de salute istorum desperandum est quod non est spes sanitatis  
 infirmi nullam medicinam volentis suscipere. quidam vero dei verba  
 audiunt. huius nulla mentis delectatione ea percipiunt ex infectione co-  
 lere. Quidam autem sic delectantur in eis ut etiam fletibus compungantur  
 sed verba non retinent quod post paululum ad peccata dilabuntur sicut  
 cribro quod madefit aqua. aqua tamen non retinet. sed quidam ita  
 ea cum intentione suscipiunt ut ea retineant non tamen in memoria  
 sed etiam in operatione et isti sunt sapientes de quibus dicitur Mat. 7. omnis  
 qui audit verba mea et facit ea assimilabitur viro sapienti qui edi-  
 ficavit domum suam super firmam petram. Consideret igitur unusquisque  
 in corde suo ut dicit Gregorius. si ita audiat verba dei ut ex eo sit non  
 enim sufficit ea quocumque audire huius oportet etiam secundum verbum a dei opera-  
 ri Ro. 2. Non audientes leges huius factores iustificabuntur. Tertio  
 tangit quod iudei in contumelias propter salutem omnis institerunt enim  
 dupliciter illius sufficientie quam de se signauerat: Ruderunt igitur



## Sermo

iudei et dixerunt ei non considerantes quod sed solum ut dicerent  
Sic homines peccatores ira et indignatione commoti blasphemant  
dominum. Xpo. 16. blasphemauerunt dominum celi pro dolozibus et vulneri-  
bus suis et non egerunt penitentiam: nonne benedicimus nos: ex quo  
modo loquendi inuicem quod hanc contumeliaz frequentem obieciunt  
xpo. **E**: quia samaritanus es: id est quod dixerat. quod ex vo-  
bis arguet me de peccato contra id quod dixerat. Si veritatem dico vo-  
bis quare non creditis mihi. dicunt: et demonium habes: id est fallax  
es. nec veritatem loqueris. Nota quod ut habet. 4. Re. 17. Tempe  
Ezechie regis iuda venit salmanasar rex assirioz et transtulit  
filios israel in assirios. et in terra israel posuit gentiles habitatores  
qui cum legem dei non obseruarent. immisit dominus eis leones qui  
eos deuorabant. unde ex parte ceperunt obuiare ritum iudeoz.  
et ex parte idolis seruiebant et vocabantur samaritani a principali  
ciuitate regionis quam inhabitabant. que dicebatur samaria propter  
quod ista gens maxime erat odiosa iudeis. et ex eo quod inhabi-  
tabat terram eoz. et ex hoc quod ritum iudeoz sedebat gentilitatis  
consuetudine. Sciendum autem quod iudei bene nouerant christum esse na-  
tionem iudeum et non samaritanum. sed hoc tamen ei ipsi obiciunt propter  
quatuor. Primo secundum Origenem. in obprobrium quoniam illa natio apud  
eos erat contemptibilis. Secundo ut dicit Augustinus propter odium. quia  
ita habebant christum odio ac si samaritanus esset. Tercio secundum The-  
ophylactum. quia samaritani ex parte seruabant legem et ex parte soluebant. et quod  
videbatur eis quod christus profete non iudicaret. ideo eum samaritanum  
dixerunt. Quarto quod samaritani apud eos peccatores reputabantur.  
et contrarij iudeis. christus autem iudeis erat contrarius eoz vitia con-  
spiciens id quod sit samaritanus illi obieciunt. In quo nituntur ostē-  
dere eum esse peccatorem contra id quod dixerat: quis ex vobis argu-  
et me de peccato? Nota etiam quod propter tria dixerunt christum  
esse demoniacum. Primo secundum Theophylactum. quod reuelabat cogitationes eoz  
quod demoni attribuebant. et tamen demoni abscondita sunt oculis  
cordium. Secundum secundum Origenem. quia credebant quod in principe demo-  
nium eijceret demonia. Tercio secundum eundem et Crisostomum. propter huius-  
modi eius transcendentem capacitatem humanam. quibus deum pre-  
suum asserbat. et quod de celo descenderat et quod erat panis viuus.  
putabant eum esse demoniacum. Ergo suam potentiam et sapientiam  
demoni attribuebant ex quibus omnibus instabant contra id quod  
dixerat: Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi: nam  
demoniacis credendum non est. quia loquuntur a diabolo. in quo  
dixit et pater mendacium. Jo. 18. **S** Quarto tangitur



mansueta xpi responsio: Rndit ihesus et dixit: Ego demoniu non habeo: vide quod mansuete et simpliciter verbo negat quod illi obijciunt. Unde fm Gre. pensanda est saluatoris nostri mansuetudo et patientia. qz nos etiam sine causa aliqui infirmus et melius illatus etiam foete iuste sustinere no possumus sed p puis conuictis in maiora prorumpimus impperia. et si facultas adsit etiam facto vindicaminiuriam vel saltem recipimus odium. sed saluator noster iniuste ptulit impperia cessauit a vindicta vbo et ope licet vere dicere potuisset vos potius habetis demoniu et iuste in verationez demonu eos tradere potuisset non est igitur demoniu habentetantaz monstrare mansuetudine. Deind breuiter quatuor rationes xps adducit quibz ostendit se non hre demonez. Prima qz diabolus no querit glam et honorem dei. sed conat illu extinguere: h ego honorifico preme diuinu: ergo demoniu non habeo. Honorificat aut xps deum preme qz subam potentiam sapiam et cuncta que ipsius sut. dicebat sibi a pre tradita. et ideo ad honorez pris cuncta opabat. Unde Dilla. 4. de trinitate. nihil inquit habet filius nisi quod nascendo accepit et admiratio honoreis geniti in honore generatis est. magnus igitur honore est deo pri talem filiu generale. Deind conquerit saluator: Et vos inhonorastis me: Ro. 2. qui in lege glaris p puaricationez legis deu inhonoras ve multiplici dei filiu inhonorauerit iudei et inhonorauerit ei9 dimitates dicetes eu esse demonia. inhonorauerit eius originez dicentes: hunc aut vscimus. Unde sit Jo. 9. inhonorauerit ei9 dignitatez Mat. 13. none h est sabi filiu. inhonorauerit ei9 potentia qua beelzebub attribuebant. inhonorauerit veritatez eius. Joh. 8. tu de tempso testimoniu phibes. testimoniu tuu non est ver. inhonorauerit eius sanctitate Mat. 11. Ecce homo vorax et potator vini. publicanoz et peccatoz amicus. inhonorauerit eum in ppriis plurimis et tandem morte ignominiosa eu interfecerunt. Sedaz rone adducit qz demoniu non habeat q talis est. diabolus in oibus suis opibus querit ppriam gloriā: ego aut non quero gliaz meam: quare demoniu non habeo. non quesuit xps in mundo isto glam nec vllam magnificentia. venit em vt doceret omne mundi gloriā atemendaz vt dicit Gre. Tercia ratio talis e. Ille non habet demoniu que deus glorificat. h deus pf querit gloriā mea. et hoc est q dicit: est scz deus pater: qui querat: filij gloriā ut glorificet ab omni creatura. dedit deus pf filio glorificationem in baptismo et in transfiguratione. z. Pet. 1. Accipiens a deo pre honorem et gloriā vocē de lapsa ad euz



## Sermo

huiusmodi a magnifica gloria hic est filius meus dilectus in quo mihi exultat. sequitur ergo quod non habeat demonium. **I** Quarta ratio talis est. non est ille demoniacus cuius iniurias deus iudicat et punit. sed deus iudicabit vos de eo quod dicitis quod demonium habeo. et hoc est quod dicit: et est deus pater qui iudicat inter me et vos de illius contumeliis. psalmus Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta. quare demonium ego non habeo. Nota quod christus non respondit ad illud quod dicebant eum esse samaritanum propter tria. primo quidem quod samaritanus custos interpretatur. et ipse est qui custodit nos. sine cuius custodia frustra vigilant custodientes. et lupus rapit et dispergit oves. Secundo quod apud deum non est diversitas nationum. sed diversitates merito distinguit. ipse enim est samaritanus cum samaritanis beneficiis generis cum gentibus. iudeus cum iudeis et latinus cum latinis Ro. 10. Non enim est distinctio iudei et greci. nam idem dominus et ad Col. 3. Invenit novum hominem qui renouat in agnitione dei secundum imaginem eius qui creavit eum. ubi non est masculus et femina. in quo nouo homine non est distinctio maris et femine nec gentilis et iudeus. arcus et spatium. barbarus et scita. huus et liber sed omnia et in omni christus. Tertio quod christus appellat se samaritanum in parabola illa hominis spoliati et vulnerati a latronibus super quo misertus est samaritanus et alligauit vulnera eius Luc. 10.

### Secunda pars.

Secundo cum dicit. Amen amen dico vobis si quis tangit doctrinam christi efficaciam quam mendacius vitauerit et quatuor facit. premitte enim efficaciam sermonis christi:

Amen amen. vere deo dico vobis. Ista repetitio diuini iuramenti infallibilem veritatem ostendit verborum christi. **R** Si quis sermonem meum serauerit: dupliciter seruat christi sermo. corde meditando et opere eius precepta implendo. talis certe qui sic seruat: mortem non videbit: et non experietur: in eternum: sicut anima corpori infusa prestat illi vitam. et sic ros florem viuificat. ita sermo christi viuificat animam. Sed contra dicit in psalmo. Quis est homo qui viuunt et non videbit mortem. quasi diceret nullus. Et dicendum quod triplex est mors. scilicet nature que separat animam a corpore et hanc omnem hominem experiri. sed tamen dei sermo facit ut ista mors atemnatur. immo quod desideret put dicebat apostolus. Cupio dissolui et esse cum christo. et ulterius virtute sermonis christi aliqui illa mors totaliter destruet quoniam in resurrectione omnes homines immortales resurgent. Psal. 25. Precipitabit dominus mortem in sempiternum. Secunda mors est culpe per quam anima separatur a deo. ab ista liberat homo dei quia seruans sermones eius nunquam peccare poterit. nam